



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marii Mercatoris S. Augustino Æqualis Opera Quaecumque Extant

[Complectens Ea Quæ Ad Hæresim Nestorianam Spectant]

Marius <Mercator>

Parisiis, 1673

Sermo Septimus Nestorii, Qui Quartus In Proclum, adversus eos, qui propter conjunctionem, vel divinitatem Verbi mortificant, vel humanitatem deificant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14215

κοίτην αὐτῶν πᾶσαν αἰῶνος σωτηρίας ἀπέλα- perantibus sibi causa salutis aeternae.
λύτου.

Excerpto ad- dem.

Τῆς ἰδέου ὁ κατὰ μακροὺν χρόνον, ἀ-
ρετικῆ, καὶ οὐκ ἐ Λούκας ἐν τοῖς θαυμάσι-
βοῦσι Ἰησοῦ κατέκλιτο ἡλικία καὶ σοφία καὶ
χρησιμ. οἷς σύμφωνα ἐ Παῦλος φησὶν ἰδού.
Τελείως, φησὶν, ἐ ἡμεῖς τοῖς ἰσακούοισιν
αὐτῶν πᾶσαν αἰῶνος σωτηρίας αἰωνία. καὶ ἰσα-
χρηστικῆς κατὰ τὸ Θεὸν ὁμοειδέα κατὰ τὴν
Μηχισεδίχ. Ἐὰν ὁ Μωσὴ κατὰ τὴν φρασεολογίαν
σὺν ἰδού τοῦτον, ὁ ἀπὸ τῆς Ἀβραάμ
κεκλημένος, ὁ κατὰ τὴν τοῖς ἀδελφοῖς πα-
ρακλητικός, ὁ ἡγεῖν ἰδού ὁμοειδέα. ὁ
ἰδού παρρησιαστικῶν τελείως, ὁ ἐν ᾧ πεποιθὴν
αὐτῶν πειραστικῶν διδάσκων τοῖς πειραστικῶν
βοηθῶν, ὁ κατὰ τὴν ἰδού Μηχισεδίχ ὁμο-
ειδέα κεκλημένος, πᾶσι ἀδελφοῖς κατὰ
Παῦλον τὴν ἀπαθὴν Θεὸν ἰδού ἰδού κατὰ
μεγίστην ἰδού, ἐ παρρησιαστικῶν πειραστικῶν.

Ex lib. 3. ad- vers. Nestor.

Οὗτος οὖν ἡμῖν τοῦτον μόνον ὁμοειδέα,
συμπληρωτικῶν, καὶ συνήμων, ἐ βεβαίως τῶν
αὐτῶν μὴ κατὰ τὴν ἰδού πειραστικῶν. αὐτῶν γὰρ ἡμῖν
τὴν ἐπισημαστικῶν διδασκαλίας ἐν ἀπὸ τῆς Ἀ-
βραάμ ἀπὸ τῆς, αἷς ἰδού ἐαυτῶν καὶ ἰδού,
τὴν ἰδού ἰδού ἰδού πειραστικῶν.

Consummatur autem id, quod paulatim proficit, haeretice, de quo etiam & Lucas in Evangelio clamat: Iesus proficiebat aetate, & sapientia, & gratia. Quibus congrue etiam Paulus dicens: Consummatus factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis aeternae; appellatus a Deo pontifex secundum ordinem Melchisedech. Hic ille cum Moese, quoad ducendi exercitus typum, comparatus; ille semen Abrahae vocatus; ille per omnia similis fratribus; ille tempore factus pontifex; ille per passiones consummatus; ille qui in quo passus est, ipse tentatus, potest tentatis auxiliarius; ille secundum ordinem Melchisedech pontifex appellatus. Cur igitur diversa sentis a Paulo? Cur impassibilem Deum Verbum corpore terreno commiscens, passibilem pontificem facis?

IX.

Luc. 2. v. 52.

Hebr. 5. v. 6.

X.

Cum sit igitur nobis hic solus pontifex condolens, & cognatus, & firmus, de ejus fide nunquam depellamini. Ipse enim nobis ex promissa benedictione, ex femine Abraham missus est, utpote pro se, & pro suo genere, corporis sacrificium offerens.

SERMO SEPTIMUS NESTORII, QUI QUARTUS IN PROCLUM,

adversus eos, qui propter conjunctionem, vel divinitatem Verbi mortificant, vel humanitatem deificant.

Mario Mercatore interprete.

Sermonis qui memoratur, praeter Martium Mercatorem interpretem.



In ep. ad clericos suos Constantienses existens parte 3.

Cyrillus. Miserunt, inquit, huic diacono qui rerum ecclesiasticarum curam gerit, duas chartulas: unam quidem compositam a Phorio forsitan, aut ab alio quolibet, adversus librum meum, quem ad monachos edidi; & aliam veluti in speciem quaternionis, inconvenientem habentem etiam titulum, hoc modo: Adversus eos, qui propter conjunctionem, vel divinitatem Verbi mortificant, vel humanitatem deificant. Praefatio autem sic se habet. Contumelias, &c. Deinde conatur ostendere, quod corpus passum sit, & non Deus Verbum, &c.

Ex eodem refert prolixa fragmenta excerpto 8. & 9. & 10. & 11. & 12. apud Mercatorem. Refert quoque libro primo contradictionum pagina 14. libro secundo pag. 52. 54. & 58. libro quinto pag. 134. & 136. editionis Graeco-Latinae Parisiensis. Refert item in responsione ad objectiones Orientalium adversus tertium anathematismum: quibus ex locis Graecum textum desumpsimus.

Oblata sunt in concilio Ephesino excerpta quaedam ex libris Nestorii. Pertinent ad hunc sermonem, quae VII. VIII. XIV. & XIX. numero recensentur: & hinc quoque Graeca accepimus.

Titulus, ut modo dictum est, repeti debet ex epistola Cyrilli ad suos clericos.

E

I. Orditor ab expositione eorum, quae pareretur.

CONTUMELIAS quidem in me Chæreticorum arbitror tanquam delirantium machinas, & horum in mare comminatas submerfiones, perturbationum quoque desideria, & persecutorum nova, quæ intenduntur, molimina, & indigentium negligentiam, quam nobis obijciunt, & aliorum in nos garrulitatis deliramenta, tanquam ranarum ego strepitus rideo, aut certe quantum infantium jacula, aut castra contemno, qualia Propheta quondam deridebat dicens: Sagitte parvulorum facta sunt plaga eorum.

Ps. 65. v. 8.

II. Suam constantiam prædicat.

Nihil autem illo est pastore miserius, qui luporum laudibus gloriatur, quibus si placere voluerit, atque ab his amari delegerit, erit hinc ovibus magna perniciēs. Nullus igitur pastorem placere lupis & gregibus ovium potest, illorum ergo, sicut prædixi, despiciam voces, Domini contra eos proferens dicta: Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali?

Matth. 23. v. 34.

III. Oppugnat sententiam illam Procli, quæ dicitur: Nihil aliud.

His tamen sensibus, quibus contra Dominum armantur, obfistere & adversari necessarium est. Mortalem enim vivificatricem deitatem appellant, & in theatricas fabulas Deum Verbum audent deducere, tanquam idem sit panis involutus, & mortuus, proh nefas! Ut Dominus Christus in nos benignitatem suam extenderet, periclitatur apud eos de deitatis dignitate decidere.

IV. Invehitur injuriose in Proclum, abhorrens Scripturæ sententias.

Isai. 40. v. 22.

Audi, miserrime, & quamvis rabidus, curam ad te sanitatis admitte: non occidit Pilatus deitatem, sed deitatis vestimentum; non Deus Verbum sine dote a Joseph involutus sepulturæ mandatus est. Quomodo enim ille hoc poterat pati, qui tenet circulum terre, & omnes habitantes in ea, tanquam locustas, sicut ait Propheta?

V. Pergit abuti Scripturæ verbis.

Matth. 27. v. 37.

Sed quis ille est, qui involvitur linteis sepulturæ? Audi evangelicis vocibus personari: Venit homo dives ab Arimathia, cui nomen erat Joseph, qui & ipse fuerat discipulus JESU. Hic adiit Pilatum, & postulat corpus JESU. Tunc Pilatus jussit reddi corpus; & accipiens corpus illud Joseph involvit in sindone munda, & posuit illud in monumento. Ter dixit corpus, & nec semel meminit deitatis: nec enim vulneraverant milites lancea deitatem. Sed quid est quod ab illis est vulneratum? A Joanne docere: Unus, inquit, militum lancea sua pupugit latus ejus. Et audi adhuc argumentum, quo constat deitatem minime vulneratam. Exiit, inquit, statim sanguis & aqua.

Ioan. 19. v. 34.

VI. Et ratione.

Non ipse mortuus est, qui vivificat: qui enim subsisteret: qui mortuum suscitaret?

Venit homines mortuos suscitare: nam ipse mortuus invenitur auxilium ferre jacentibus; non ipse tanquam jacens auxilii inops esse.

Non est mutatus conjunctione seu societate hominis Deus; ipse enim est, qui per Prophetam clamat: Ego sum, ego sum, & non sum mutatus. Et iterum: Tu autem idem ipse es, & anni tui non descendent. Sed vnitas humanæ naturæ, & deitatis eam complexibus stringens in altum levavit, manens id quod exiitbat.

Διά τὸ πρῶτον τῆς ἡμετέρας ἀπίστεως, ὁ μακαρίας Πέτρος καὶ Παύλων, ἔφη ὅτι ἡ πόσις φαινομένης φύσεως ἀνεγέννητος ὁ Θεός. Ἰησοῦ ἀνέστην ὁ Θεός, ὅτι ἀπέθανεν Θεός, ἀλλὰ ἀνέστην.

Ipse propterea Petrus de primitiis nostris prædicans, & illam altitudinem narrans, quam huic visibili naturæ contulit Deus: Hunc, inquit, JESUM suscitavit Deus. Non ergo mortuus est Deus, sed suscitavit.

VII. Ex lib. 5. ad. 1. Et testimonio Petri apostoli.

Αὐτὸν τῷ τῷ Πέτρῳ ἐμάρτυρον, Ἀπολλινάριον, ἀκούε σὺ Ἀπολλινάριον, καὶ Ἀρειανὸν, φησὶ, ἡ Ἰησοῦ ἀνέστην ὁ Θεός, ὁ φαινομένην ὁμοίαν, ἡ ἔχοντα σαρκωθέντα, ἡ τῷ Θωμᾷ ἠλαφροῦτα χερσὶ, ἡ τῷ αἰσθητῶν κεκαρῶτα, ἠλαφροῦτα, ὅτι πνεῦμα ἔχει, ὅτι ὅσα ἐξ ἑαυτοῦ ἐμὲ θεωρεῖτε ἔχοντα, καὶ αὐτὸς πεποιθὲς ὁ μαρτυρῆς τῷ Φωταίῳ, καὶ τῷ ἠλαφροῦ τῷ σαρκωθέντι σώματι πεποιθὲς ἀναστασις, ὅτι ἠλαφροῦτα ἔσποιν ἑδδοῦ ἑαυτοῦ. Ὁ κύριός μου, ἔφη ὁ Θεός μου, δὲξα σοι. ἔφη ἠλαφροῦτα ἠλαφροῦτα Θεός. ὅτι ἠλαφροῦτα ἠλαφροῦτα ἠλαφροῦτα ἠλαφροῦτα.

Audi Petrum dicentem, o Apollinarius. Audi cum Apollinare tu quoque impietas Ariana, Hunc, inquit, JESUM suscitavit Deus; hunc qui pariet; hunc quem oculi intuentur, qui affixus est ligno, qui palpatus est manibus Thomæ, qui ad eum clamavit: Palpate, & videte, quia spiritus est & carnem non habet, sicut me videtis habentem. Et his certior vocibus factus, ipsius palpati & crucifixi corporis resurrectione, mira hæc facientem glorificabat Deum: Deus meus, & Dominus meus. Non illud quod palpaverat, appellans Deum: nec enim indagatur deitas isto palpatu. Si enim Deum Verbum cognoscere, vel addiscere palpatu isto Thomas inciperet, dixisset sine dubio ad eum Dominus: Contrecta & vide, quia spiritus sum & Deus. Nunc autem e diverso palpatu, inquit, & vide, quia spiritus non sum: nam spiritus carnem & ossi non habet, sicut me videtis habentem. Me scilicet, quem secundum

VIII. Sub nomine Apollinarii & Arii Proclum proficitur.

Luc. 24. v. 39.

Ioan. 10. v. 38.

Sophisticè arguuntur.

Luc. 24. v. 39.

IX. Hæreticorum deitate P. dicitur.

X. Hæreticorum deitate P. dicitur.

id, quod videtur, & patet, videtis esse compositum, & secundum corporis substantiam esse contrectabilem cernitis.

Non enim, Apollinaris, ossa & caro est deitas Verbi paterni. De isto palpabili clamavit Petrus: Hunc IESUM suscitavit Deus. Dextera itaque exaltatus est Dei, non tamen dextera adjuvante Verbum. O infania Ariana! Promissione quoque sancti Spiritus accepta a Patre effudit hunc, quem vos videtis & auditis.

Et audi Paulum de Deo ratiocinantem, & illam inconvertibilem Dei & hominis exponentem conjunctionem. In forma, inquit, Dei constitutus, non rapinam arbitrii trahens est esse se aequalem Deo; sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens. Sic & in aliis quidem, inquit, locutus est nobis in Filio, quem constituit heredem universum, per quem fecit & secula, qui est splendor gloriae. Prorsus filium caute eum, & splendorem gloriae nuncupat, & positivum heredem: heredem quidem positivum secundum carnem; splendorem autem gloriae paternae secundum deitatem. quia nec discessit incarnatus a similitudine, quae ei cum Patre est. Propter quod & Paulus inquit: Qui est splendor gloriae; ne forte cum audisset quispiam: Erat in forma Dei; tanquam transeuntis & commutatae suspicaretur eum esse naturam.

Joannes quidem Verbi & Patris adinvicem coaeternitatem describendo, utebatur his dictis: In principio erat Verbum, EST, praetermittens; non enim dixit: In principio est Verbum, & Verbum est apud Deum; sed: In principio Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Quaebeatur enim, quae prima esset existentia, sive essentia ejus, qui hominem gessit.

Paulus autem omne simul, quod accidit, narrat, & incarnatam essentiam, & incarnatae deitatis vnitionem incommutabilem ac semper manentem, propter quod & scribens clamabat: Hoc sentiat in vo-

bis, quod & in Excerpt. 2. Ephes. CHRISTO IESU, qui cum in forma Dei esset constitutus, semetipsum exinanivit, formam servi accipiens. Non dixit: Hoc sentiat in vobis, quod & in Deo Verbo, qui cum in forma Dei esset constitutus, formam servi accepit. Sed accipiens Apostolus Christi nomen, tanquam duarum naturarum appellationem significantivam, absque sui periculo, cum, & servi formam, & Deum nuncupat

irreprehensibiliter: his divisus, quae ad naturam duplicem significandam dicuntur; & non hoc solum christianis praedicans, quia incommutabilis est Deus Christus, sed & benignus, formam servi accipiens, & quod subsistebat existens, vt noveris non mutatum post vnitionem, sed visum simul benignum & justum: mors enim pro impiis sine peccato carnis est ejus; & quod eam pro inimicis non refugit, inestimabilis benignitatis est gratia. Vix enim, secundum Paulum, pro justo quis moriatur?

Suscipere autem humanum genus per hominem, & reconciliare Adam, multa iustitiae circumspeditio est: justum enim erat, naturam, quae offenderat, hanc de novo Deo placitam liberare; & justum est obnoxiam quondam, quae debitum incurrit, absolvere: irreprehensibilem namque & sine querela, hominum natura debebat Deo conversationem, sed deficiebat in exsolutione. * Negligentiae enim passionis animam huc atque illuc trahentes, nudam eam a virtutibus impellebant, & rari erant pietatis ac iustitiae professores: & tunc illi, ad illius temporis paupertatem, qui viderentur vel putarentur esse professores? Per univrsam autem terrarum orbem debitum erat: Omnes enim, inquit, peccaverunt, & egent gloria Dei. Peccati foenus quoque crescebat.

Quid ergo Dominus Christus? Peccatis obligatum videns genus humanum, & indignum ad redhibitionem, non imperio exsolvit debitum, ne iustitiam benignitas laderet; & hujus rei testis Paulus Apostolus clamans: Christus, inquit, quem propo-

Excerpt. 2. Ephes.

Vide notat.

Rom. 5. v. 7.

XIII. Argumentum Proeli conatur retorqueretur, aut infringere, aut infringere. De reconciliatione humani generis per Christum.

* Negligentiae enim passionis

Rom. 1. v. 21.

XIV.

Ibid. v. 25.

E ij

IX. Iterum alieno nomine tradit Proclum. Ibidem. Añ. 10. v. 40.

II. Añ. 1. v. 33.

X. Exponit suo sensu modum conjunctionis naturarum in Christo, adducto testimonio Pauli. Philipp. 2. v. 8. Ex lib. 1. ad vers. Nestor. Heb. 1. v. 1.

XI. Et Joannis. Ioan. 1. v. 1.

XII. Iterum verat locum Pauli. Philipp. 2. v. 5.

3. v. 6. 01. v. 11.

II. Añ. 1. ad Nestor. limonito postoli.

v. 40.

I. v. 1. ad Nestor. limonito postoli.

39.

8.

fuit Deus propitiarius per fidem in sanguine ipsius ad ostensionem iustitie eius; ut ostendatur, inquit, benignitas iusta, non sine iudicio passim & utunque donata: propterea Christus debentis suscepit personam nature, & per eam debitam tanquam Adæ filius reddidit.

XV. Catholicæ ali- qua ex parte sentie visus est Celestino Papæ. Videntur. Confert Ad- amum & Chri- stum.

Oportebat enim debitum lucentem ex genere deduci ejus, qui id aliquando contraxerat; ex muliere debitum, ex muliere absolutio: sed disce debitum, ut discas retributionem.

XVI. Quoad reli- gionem. Genes. 3. v. 5.

Math. 4. v. 9.

Ibid. v. 10.

XVII. Et obedien- tiam. Philipp. 1. v. 8. Col. 1. v. 14.

Eph. 1. v. 7. Et Col. 1. v. 14.

XVIII. Oratoric exultat.

1. Petr. 1. v. 22. Luc. 12. v. 37.

Esca causa Adam pœnae debitor factus est. Solvit hanc Christus in deserto esuriens, diaboli super escæ refectione consilium spernens.

Ille divinitatis contra Deum appetitæ reatum incidit, cum audisset a diabolo: *Eritis tanquam dii*; & escam promptus in- valuit. Sed hanc Christus exsolvit, quando dæmoni potentiam promittenti, hæc enim ad eum dicebat: *Omnia tibi dabo, si proci- dens adoraveris me*; & ejus vocem ipse respiciens respondebat: *Vade, satana, Domi- num Deum tuum adorabis, & illi soli ser- vies*.

Ex inobedientia in ligno pœnae Adam debitor fuit; reddidit & hanc Christus in ligno obediens factus. Propterea & Paulus ait: *Chirographum peccatorum nostrorum, quod erat nobis contrarium, tulit de medio, affigens illud cruci*. Et qui reddebat pro nobis, Christus est; in ipso autem nostra debi- tum natura solvebat. personam enim ejus- dem nature suscepit, cujus passiones in sua passione solvebat, quia *habemus red- emptionem in sanguine ipsius*, ut dictum est a Paulo.

Vide nunc naturam nostram in Christo apud Deum causam adversus diabolum perorantem, & iustis hisce utentem alle- gationibus: Injuria opprimor, iustissime judex, diabolum me iniquus impugnat, evidenti adversus me utitur impotentia tyrannide. Esto, priorem Adam tradidit morti, quia ejus peccati occasio fuit; secundum Adam, quem ex Virgine figu- rasti, ob quam, rex, noxam crucifixi? Qua etiam causa latrones cum ipso vna suspendit? Cur *qui peccatum non fecit, nec dolus inventus est in ore ejus, cum iniquis est deputatus*? An forte execranda ejus in- tentio non manifesta est? Aperte mihi tanquam imagini tuæ, Domine, invidet. Sine vlla occasione intruens in me, subver- tere me nititur; sed tu mihi iustum te ju- dicem tribue. Iratus es mihi causa præva- ricationis Adæ, pro quo si habes Adam sine peccato tibi conjunctum, ut propiti- eris, exoro. Esto, propter illum corruptio- ni me tradideris, propter hunc de incor-

ruptione participa. De mea uterque eo- rum natura est. Sicut prioris in morte par- ticeps fui, & immortalis vitæ secundi par- ticeps fiam. Indubitatis & inexpugnabi- libus firmor allegationibus. Omnifariam adversarium supero. Si de corruptione, quæ ex Adam mihi facta est, controver- siam moverit, ex illius, qui peccatum non fecit, vita ego e diverso præscribam. Et si me ille ex illius accusat inobedientia, ex hujus eum obedientia reum ego con- stituum.

Hunc de diaboli victoria Christus agens triumphum: *Nunc judicium*, inquit, *est mundi hujus; nunc princeps mundi mittetur foras*. Sicut enim protoplasti tenuit diabo- lus culpam adversus omnem ejus posteri- tatem, & originariam habuit actionem; sic inculpatis in Christo primitias masse suæ natura cum possedisset, adversus dia- bolum nitens ipsis vincebat defensionibus, de quibus adversarius præsumebat: in Christo enim iustissime primitiarum sua- rum contra eum inculpata originem profert, si priores ex Adam reatus causas diabolum ingerit. Et hoc est, quod Paulus ait: *Christus mortuus est pro peccatis nostris; imo qui & resurrexit, qui est in dextera Dei, etiam interpellat pro nobis*.

XIX. Sentit aliquatenus carbo- ce de origina- ria peccate diaboli in ho- mines. Joan. 12. v. 31.

Rom. 1. v. 34.

Interpellat namque a Christo induta massa nostra, libera prorsus ab omni pec- cato, & oritur injusta defensio contra pec- nam nostram, quam ex initio ille, qui prior figuratus est, suo generi intulit: hæc sus- cepti hominis occasio, ut homo per car- nem dissolveret, quam per carnem meri- tus est corruptionem.

XX. Explicat cau- sam Incarna- tionis. Rom. 8. v. 34.

Hujus hominis, non deitatis, tertii diei sepultura est. Hujus pedes tenti sunt cla- vis. Hunc Spiritus sanctus in vtero figura- vit. De hac carne Dominus ad Judæos: *Solvite*, inquit, *hoc templum, & in triduo suscitabo illud*.

XXI. Redir ad impietatem. Joan. 2. v. 19.

Nunquid ego duplicem Christum solus appello? Nonne semetipsum & templum solubile, & Dominum nuncupat suscitanti- tem. Si autem Deus erat, qui solvebatur, (quæ in caput Atrii blasphemia converta- tur) dixisset Dominus: *Solvite Deum istum*, & in triduo suscitabitur; si Deus mortificatus est in sepulcro, mentitur Christus, qui dixit: *Quid me queritis occi- dere hominem, qui vera locutus sum vobis*?

XXII. Proclumallo- quitur. Joan. 8. v. 48.

Sed non nudus homo Christus, o *Σεπτως ο Χριστος*, calumniator; sed *συνεσθάρητα*, *ἄλλ' ἀν-* homo simul & *Σεπτως ὁμοῦ καὶ Θεός*. Deus: si autem *εἰ δὲ μόνον ἠκούσθη* Deus tantummo- do existeret, opor- tebat eum, secun-

XXIII. Ex lib. 1. ad- vers. Nestor. Et convitiis onerat.

λινάριον, εἰπὺν· τί με
ζητεῖτε ἀπακτεῖναι Θεοῦ,
ὅς ἔστι δὴ ἄσπαστος ὑμῶν λέ-
γαλμα; λέγει δὲ· τί με
ζητεῖτε ἀπακτεῖναι ἀ-
θρώπων, ὅτι ὁ ἅ-
γιος πνεῦμα ἐπέχει ἐν ὑμῖν
φανερός; ὅτι ὁ λέγων· Θεός
μου, ἵνα ἡ με ἐγκατέ-
λιπες; ὅτι ὁ πενήμενος
τελευτήσω ὑπομένων.

Matth. 27.
v. 46. &c.

XXIV.
Suae impietatis
venenum
aureo poculo
propinat.

Ath. 13. v. 38.

XXV.
Ephes. 4. v. 32.

XXVI.
Col. 2. v. 1.

XXVII.
Ioan. 8. v. 26.

XXVIII.
Ephes. 2. v. 14.

XXIX.
Rom. 1. v. 25.

XXX.
Col. 1. v. 18.

XXXI.
1. Cor. 5. v. 19.

XXXII.
Philipp. 2. v. 6.

XXXIII.
Ioan. 11. v. 32.

Ibidem v. 33.

XXXIV.
Ioan. 10. v. 9.

dum Apollinarem,
dicere: Quid me
queritis occidere
Deum, qui vobis
veritatem locutus
sum? Nunc autem
dicit: Quid me
queritis occidere
hominem istum,
qui spinis corona-
tus est; istum, qui
dixit: Deus Deus
meus, quare me de-
reliquisti; istum,
qui triduanam sustinuit
mortem.

Adoro hunc au-
tem cum deitate,
tanquam divinæ
cooperarium au-
ditoritatis. Manifestum sit enim, inquit Scri-
ptura, viri fratres, quia nobis per Christum
remissio peccatorum annuntiat.

Tanquam dominicæ bonitatis veneror
instrumentum. Estote enim, inquit, invi-
cem benigni & misericordes, sicut & Deus
in Christo donavit nobis.

Honoro tanquam consiliorum Dei cu-
riam: Volo enim vos scire cognitionem sacra-
menti Dei Patris & JESU CHRISTI, in
quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ
absconditi.

Suscipio tanquam formam pro Deo
apud nos spondentem. Qui me misit, in-
quit, verax est, & ego que ab ipso audivi,
hec loquor.

Beatifico tanquam obfidem pacis æter-
næ: Ipse enim est pax nostra, qui fecit utra-
que unum, & medium parietem maceræ, sol-
vens inimicitias in carne sua, &c.

Colo tanquam divinæ indignationis
propitiatorium. Christum, inquit, proposuit
Deus propitiatorium fidei per fidem in san-
guine ipsius.

Amo & reverere tanquam mortalium
immortalitatis initium. Ipse enim est, inquit,
caput corporis Ecclesie, qui est initium, pri-
mogenitus ex mortuis.

Amplector tanquam speculum divinitatis
resplendentis. Deus enim, inquit, erat
in Christo mundum reconcilians sibi.

Adoro tanquam animatam regis pur-
puram. In forma enim, ait, constitutus Dei,
semetipsum exinanivit formam servi accipiens,
& habitu inventus ut homo.

Laudo tanquam manum divinitatis in
vitam me eripientem de morte. Cum enim
exaltatus, inquit, fuero de terra, tunc omnes
ad me attraham. Et quis ille exaltatur,
ostendens seriba fidelis, ait: Hoc enim di-
cebat significans, qua morte esset moriturus.

Admiror tanquam januam ad divina in-
troitus. Ego enim sum janua, inquit; per me

qui ingressus fuerit, liberabitur, & intrabit
& exibat, & habitationem inveniet.

Σέβω αὐτόν, ὡς τῆς
πρωτοκτιστοῦς εἰκόνα
πρότυπος. Ἐπεὶ ἴσως γὰρ
αὐτόν, καὶ ἐλαττωσά αὐ-
τοῦ ὄνομα δὲ ὑπερπῶ
ὄνομα, ἵνα εἰς αὐτὸ ὄνομα
πῖ Ἰησοῦ Χριστοῦ πῶ ἡσιν
καμῆ ἐπαγγελίαν, καὶ
ἐπιγείων, & καὶ οὐρανῶν.

Διὰ τὸ κεκρυμμένον
προσκύωσεν τὸν Φαρισαί-
ον. ἀχώριστος τῷ Φαρι-
σαίου Θεός. Διὰ τὸ τὸ
μὴ χωρίζεσθαι τὴν πῖ
μὴ οὐ χωρίζω, χωρίζω
αὐτὸ φύσιν, ἀλλ' ἐνὰ τὸ
προσκύωσιν.

Οὐ καὶ ἑαυτὸ Θεός
δὲ πλάσθην ἐπὶ μήσας.
οὐ καὶ ἑαυτὸ Θεός δὲ
πλάσθην ἐκ τῆ πλάσθη-
τος. οὐ καὶ ἑαυτὸ Θεός
δὲ τὰ φῶν ἐπὶ μήσας.
οὐτὼ γὰρ δὴ ἦμεν ἀ-
θεοπολάται καὶ νεκρο-
λάται σαφῶς.

Ἀλλ' ἐπειδὴ τὸ ἐν τῷ
ληφθέντι Θεός, ἐκ τῆ
λαβόντος ὁ ληφθεὶς, ὡς
τὰ λαβόντι σωματικῶς,
συνεχρηματίζῃ Θεός.

propterea & crucifixæ carnis dæmones voca-
bulum perhorrescunt, crucifixæ scilicet
carni conjunctum, non compassum, scien-
tes Deum. Ideo & judex venturus est iste,
qui visui paruit, quoniam omnipotenti
conjungitur deitati. Tunc enim, inquit, pa-
rebit signum filii hominis in celo, & videbunt
filium hominis venientem in nubibus cali cum
virtute & gloria multa.

Sicut enim rex parta victoria cum his
in civitatibus videtur armis, cum quibus
hostem in bello superavit, & se cum iis-
dem conspicuum vult esse; sic & omnium
Dominus rex cum cruce & carne in suam
veniet creaturam, cum his armis videndus,
quibus impietatem superavit, & judicabit
orbem in hominis forma, omnipotenti
E iij

Adoro tanquam
omnipotentis ima-
ginem deitatis. Su-
perexaltavit enim
eum, inquit, Deus,
& donavit illi no-
men, quod est super
omne nomen, ut in
nomine ejus omne
genus stultitum cele-
stium, terrestrium,
& infernorum.

Propter occul-
tum, adoro quod
oculis patet. Infe-
parabilis est Deus.
Ejus qui patet dig-
nitate non sepa-
ro, inseparabili-
s est enim; sepa-
ro naturas, sed
conjungo reveren-
tiam.

Non per seipsum
Deus est, quod in
vtero figuratum
est; non per se
Deus est, quod
creatum est a Spi-
ritu sancto; non
per se Deus est,
quod in monu-
mento sepultum
est: sic enim esse-
mus hominis & mortui manifesti cul-
tores.

Sed quoniam in
assumpto Deus, ex
assumente, qui as-
sumptus est, tan-
quam assumentis
conjunctus, appel-
latur Deus. Pro-
pterea & crucifixæ carnis dæmones voca-
bulum perhorrescunt, crucifixæ scilicet
carni conjunctum, non compassum, scien-
tes Deum. Ideo & judex venturus est iste,
qui visui paruit, quoniam omnipotenti
conjungitur deitati. Tunc enim, inquit, pa-
rebit signum filii hominis in celo, & videbunt
filium hominis venientem in nubibus cali cum
virtute & gloria multa.

Sicut enim rex parta victoria cum his
in civitatibus videtur armis, cum quibus
hostem in bello superavit, & se cum iis-
dem conspicuum vult esse; sic & omnium
Dominus rex cum cruce & carne in suam
veniet creaturam, cum his armis videndus,
quibus impietatem superavit, & judicabit
orbem in hominis forma, omnipotenti
E iij

XXXV.
Ex lib. 2. ad
vers. Nestor.
Philipp. 2. v. 9.

XXXVI.
Excerpt. 8.
Ephes.
Metum im-
pietatis virus
eruciat.

XXXVII.
Ex lib. 2. ad
vers. Nestor.

XXXVIII.

Matth. 24.
v. 30.

XXXIX.

IX.
r aliqua
catoli.
origina-
refare
li in ho-
2. v. 31.

v. 34.

cau-
ina-
v. 34.

v.
v. 39.

v. 40.

virtute, secundum Pauli praeconium, qui ait: Tempora ignorantia despiciens Deus, qui nunc sunt omnibus hominibus praecepit penitentiam agere: signidem statuit diem, in quo iudicaturus est orbem in viro, in quo constituit fidem praestare omnibus, suscitans eum a mortuis. Quod ideo dictum est, ut nullus mortuam suspicetur esse deitatem.

XI. Excerpt. p. annit. Ephef. Redit ad vexandam Procli sententiam de morte Dei.

Rom 5. v. 10.

H. br. 1. v. 2.

Alludit ad extrema verba Procli. Vide notas.

Nam etsi omnem omnino simul novam scripturam perscruteris, non apud eam vsquam invenies, mortem Dei esse; sed, cum scriptum est, aut Christo, aut Filio, aut Domino aslignari. Christus enim & Filius & Dominus in vnigenito in Scripturis acceptus, duarum significatio est naturarum; & aliquando, quidem deitatem, vel humanitatem, aliquando simul vtrumque designat: verbi causa, cum Paulus scribens praedicat: Qui cum essimus inimici, reconciliati sumus Deo per mortem filii eius; humanitatem eius demonstrat. Quando iterum ipse dicit ad Hebraeos: Deus locutus est nobis in Filio, per quem fecit & facta; indicat & Filii deitatem. Nec enim caro opifex est saeculorum, post multa saecula fabricata. Ecce Filii Dei & deitatis, & humanitatis essentiae appellationis conveniens documentum.

Interrogemus jam, si nomen hoc, id est, Christus, etiam Filius, accipiat, & hoc ipsum ad vtraque designanda pertineat. JESUS CHRISTUS, inquit, heri & hodie, ipse idem in saecula. Sicut enim Deus existens, & homo idem ipse, secundum Paulum, & novissimus & ante saecula; sicut homo quidem recens; sicut Deus autem ante saecula.

Ostenfum est igitur tibi, quia Christi appellatio modo templum, modo inhabitantem Deum in illo demonstrat: exige vbi etiam Dominus in Filii persona ponatur, & nunc quidem hominem illum, nunc Deum ostendat. Venite, inquit, videte locum, vbi positus erat Dominus. Et iterum mulieres tanquam furto a Judaeis deflentes ablatum corpus Domini: Tulerunt, ait Scriptura, Dominum meum. Et ad Galatas Paulus: Alium, inquit, Apostolorum vidi neminem, nisi Iacobum fratrem Domini.

Et iterum ipse ad Corinthios: Quoties hunc panem manducatis, & hunc calicem bibitis, mortem Domini annuntiat, donec veniat.

Et iterum: Domine, ut video, propheta es tu. Haec omnia dominicae incarnationis sunt documenta, quia neque Deus Verbum erat in monumento projectus. Quomodo enim resurrexit, qui vniversitatem sustentat verbo potentiae suae, si jacebat secundum Arium? Sed neque Dei essentiam flebant mulieres, tanquam quae esset de sepulcro furto subducta. Quis enim suspicetur deitatem furacibus manibus capessibilem esse? Nec iterum Iacobum Ouidem deitatis ad fratrem: nec Dei fratrem: nec Dei Verbi mortem nos annuntiamus, cum Domini corpore & sanguine pacifimur. Dei enim natura sacrificium suscipit, non ipsa sacrificio immolatur; nec Propheta Deus, sed dator prophetiae, ut sit hoc loco, Dominus, sicut dixi, carnis expressio tanquam habentis dominicam dignitatem, quae tamen temperamento, vel admixtione, minime in substantiam transferit deitatis.

Alibi enim, Dominus, demonstrativum est deitatis, sicut est illud: Unus Deus Pater, ex quo omnia; & vnus Dominus JESUS CHRISTUS, per quem omnia. Ex deitate enim opifex omnium Christus est, non ex humanitate, quae post creaturam condita invenitur.

Alibi autem, sicut dixi, Dominus, vtrumque rerum significativum est, sicut est: Domine Jesu, ne statuas illis hoc peccatum. Et: Multi mihi dicent in illa die: Domine, Domine, nonne in nomine tuo demonia

XLI. Torquet verba Scripturae in suum sensum. Hier. 17. v. 1.

XLII.

Domini nomen aliquando significat hominem. Math. 23. v. 6.

Ican. 10. v. 17.

Gal. 1. v. 19.

1. Cor. 11. v. 26.

Ican. 4. v. 19.

Iferum alludit ad verba Procli.

Note ad verfos sacramentorum nostrorum tempurum.

XLIII.

Aliquando Deum. 1. Cor. 8. v. 6.

XLIV.

Aliquando vtrumque. Ath. 7. v. 39. Math. 23. v. 12.

1 Tim. 4 v. 8. *ejecimus? Et Paulus: Quam mihi reddet Dominus iustus iudex in illa aetate, non solum mihi, sed & omnibus, qui pie diligunt ad-ventum eius. Vidisti quemadmodum Christus, & Filius, & Dominus est. Quando de unigenito meminit Scriptura, modo humanitatis, modo divinitatis, modo autem utriusque vult existere significativa vocabula.*

XLV. *Quid ergo confundis, quae sunt inconfusa? Quid Dei nomen deputas morti, quod a divina scriptura nusquam in mortis commemoratione profertur? Quid Paulo clamante, cum audias: In viro, in quo designavit Deus... suscitans eum a mortuis; tu natam & mortuam inani imaginatione iudicas deitatem.*

XLVI. *Bene autem & iudicem esse venturum, Paulus hunc virum, qui visibilis fuit, designat, quoniam ad imaginem suam a Deo figuratum, & regno terrae honoratum hominem, eamque vermium diabolus preparavit. Venit secundum futurum Christus in hominis forma omnipotentis, ut experimento agnoscat ipse quoque diabolus, qui cum omnibus etiam ipse erat sub dominatione Dei, quia vere homo ad imaginem & similitudinem Dei factus est, & rex terrae, ac dominus constitutus, auctor merito ad caelorum etiam regna est sublimatus.*

XLVII. *Sed nostrum sermonem vestra audientia vincit, & me vinci confessus ad taciturnitatem confugio, optans semper hac cupiditate vestrae audientiae separari.*

XLVIII. *Dominicæ itaque humanitatis susceptionem colamus: incarnationis sacramentum hymnis incessabilibus extollamus: susceptricem Dei virginem cum Deo ratiocinemur; cum Deo ad divina non elevemus, *θεοδίκον* dico, non *θεοτόκον*, id est litteram, non et exprimi volens. Unus est enim, ut ego secundum ipsos dicam, Pater Deus *θεοτόκος*, id est, genitor Dei, qui hoc nomen compositum habet. Visibilem igitur cum invisibili conjunctam formam cum Deo ad divina deputemus: *ἡ σοφία ἡ ἐκείνη τῆς σοφίας αὐτῆς ἐκείνης*, id est, naturam, quae indumentum est Dei, cum eo, qui ea vititur, honoremus, tanquam radium divinitatis, ut ita dicam, incarnatae: eam formidemus tanquam divinae auctoritatis inseparabile simulacrum, tanquam occulti imaginem vel statuam iudicis. Dividentes naturas, conjungamus honorem; consisteamur duplicem, & adoremus ut unum: duplum enim naturarum unum est secundum unitatem.*

XLIX. *Si haereticus tibi ex persona ecclesiastica mortuum Deum tuum exprobraverit, iratus tu ad dictum reclama: Deus est, qui suscitavit de mortuis pastorem nostrum*

magnum; non ipse mortificatus est, & sublevatus. Si te iudeus hominem colere dixerit, apostolicam responde traditionem: Deus erat in Christo mundum reconcilians. Si gentilis causam susceptae humanitatis petat, assertionem sit remissio peccatorum. Responde ei, quae Pauli sunt: *Quo iam per hominum mors, & per hominem resurrectio mortuorum: sicut in Adam omnes moriuntur, ita in Christo omnes vivificabuntur. Ipsi gloria in saecula saeculorum.*

DELIRANTIUM MACHINAS, &c.] *Erant in utroque manuscripto codice, infantium rapinas, manifesto vitio, quod ex Cyrilli loco mox citato emendandum putamus, quanquam nec ipse textus Cyrilli admodum verus est, sive Graecus concilii Ephesini textus, sive Mariana versio consulatur. Sic autem se habet: *ἡ δὲ αἰσχρὰ αὐτῆς οὐκ ἔστιν ἀποκρίσιμος, οὐδὲν ἐπισημαίνουσα. Interpres Romanus ita vertit: At vero procerum haec & scorum convitia tanquam petulantium facta infestatur. Mercator; praefatio autem sic se habet: In contumelias, quae ab haereticis durissime irrogantur; nullo, aut non apposito uterque sensu. Legi, nisi fallor, debet: Contumelias quidem haereticorum in nec arbitror, tanquam delirantium machinas, vel tanquam a deliciis factas, vel tanquam ab indignis factas, prout nempe legi potest, vel ἐπισημαίνουσα vel ἐπισημαίνουσα. Primam lectionem elegimus, utpote conformiorem corruptis manuscriptorum codicum vocibus.**

INDIGENTIUM NEGLIGENTIAM, &c.] *Nestorius in Encomio virginis dicto Ephesi de Nestorio: Facultates, inquit, pauperum auri cupidus hominibus largitus, speravit earum ope expugnatum iri veritatem, & per nefarii questus cupiditatem, in naufragium incidit in infernum. &c. Certe collegisse pecunias Nestorium, tum Constantinopoli, cum portiretur rerum, tum postea, cum in laura sancti Euprepii beneficiis amicorum cumularetur, intelligere possumus ex edito, quo Theodosius jubet haereticum deportari, omniaque ipsius bona Ecclesiae Constantinopolitanae addici, *ut angustissimi illius loci opes, cuius ille sacra mysteria prodidit, aut aures evadant.**

DEITATIS DIGNITATE, &c.] *In eum locum intendebat Cyrillus, cum scriberet: Numquid igitur ipsum, propterea quod factus est caro, ante omnia existendi decus & gloriam a se abdicasse existimabimus? Nulla modo. Illud vero potius sapienter cogitabimus filium, licet in carne factum, non privat, tamquam a patre suis, quae ipsi naturaliter insunt, prerogativas; sed ab eo nihilominus, ut suum agnoscat, licet se humano habitu spectandum praebuisse. Non ea namque de causa factus est homo unigenitus, Dei verbum, ut excideret a divinitate; sed potius in ipsa quoque assumptione carnis, suam nihilominus excellentiam retineret & gloriam.*

AUDI, MISERRIME, &c.] *Ad Proclum convertit orationem, tacito nomine, propter populi gratiam, qua plurimum pollebat. Dixit enim ille: Ipse enim ex spinis coronam portavit, ut spinarum sententiam dissolveret: ipse in sinu patris, & in ventre Virginis: inter vlnas matris, & super pennis ventorum; sursum ab angelis adorabatur, & deorsum cum telonibus recumbebat; Seraphim non prospiciebant pro reverentia, & Pi-*

1 Cor. 1. v. 19.
* Cor. Si gentilis causam susceptae humanitatis petat, asserere esse remissionem peccatorum.
1 Cor. 15. v. 21.

Emendatus locus.

Locus illustratus.
Hom. paschal.
XVII.

Orat. p. reg.
parte 10.

III.
dei ver.
iptore
am. sep.
17. v. 1.
II.
mo.
p.
19.
v.
19.
u.
22.

latu interrogabat; servus percutiebat, & creatura credebatur; in cruce fixatus; & thronu gloria nudus non erat; in sepulcro jacebat, & calum extendebat: sicut pellem; in er mortuos repubatur, & in ser una solubatur; deorsum quasi seductor calumniabatur, & sursum a sanctis glorificabatur. O stupendum mysterium!

Locus à Theodoro ex scriptis & auctus. Theodor. in impatiibit.

VENIT HOMO DIVES AB ARIMATHIA, &c.] Theodoretus hunc locum iisdem fere verbis excerpit, imo & auxit. Cum autem sero esset factum, venit quidam homo dives, &c. Vide quoties corporis mentionem faciat, ut divinitatem blasphemantium ora obturcat. Idem fecit: beatissimus Marcus, &c. Mirare igitur consonantiam cernens, & consonanter continenterque repetitum corporis nomen. Celeberrimus quoque Lucas similiter narrat, quod Joseph corpus petierit. Divinissimus autem Joannes alia quoque adjecit: Rogavit Pilatum Joseph ab Arimathia, &c. Vide quoties facta corporis mentione, & postquam hoc cruci affixum fuisse, & hoc Joseph a Pilato petisse, & hoc de ligno deposuisse, & hoc lineis cum myrra & aloë involuisse dixerat, persone nomen tunc posuisse, & JESUM in monumento positum dixisse. Hac de causa & Angelus dixit: Venite, videte, ubi positus erat Dominus; communi nomine corpus appellans. Sic enim & nos loqui solemus: In hoc loco ille sepultus est; & non dicimus illius corpus, sed ille; omnis autem sana mentis scit nos loqui de corpore. Sic autem loqui consuevit sacra scriptura.

Num 33. v. 37. 1. Reg. 25. v. 1.

1. Cor. 15. v. 3.

Locus alteri consonus. Serm. 1. num. 8.

Mortuus, inquit, est Aaron, & sepelierunt ipsum in Or monte, &c. mortuus est Samuel, & sepelierunt ipsum in Armathem; & ejusmodi alia innumera. Hunc morem observavit divinus Apostolus, cum mortis dominica mentionem faceret. Tradidi enim vobis, inquit, in primis, quod & accepi, quod Christus mortuus est pro peccatis nostris, secundum Scripturas, & quod sepultus est, & quod resurrexit tertia die, & secundum Scripturas, & que sequuntur. Idipsum repetitur libro quinto hereticarum fabularum cap. 15.

IN ALTUM LEVAVIT, &c.] Eodem exemplo abusus erat sermone primo. Vidit Deus naturam collapsam, eamque deitatis potentia apprehendit elisam, & illam tenens, & manens quod erat, in altum sublevavit. Exempli causa quod dicitur, nosces si jacentem elevare volueris, nome contingit corpus corpore, & te ipsum illi conjungendo elisum eriges, atque ita illi conjunctus ipse manes, quod eras; sic & illud Incarnationis altima sacramentum.

Locus Cassiani illustratus.

Lib. 3. de incarnatione, c. 15.

PALPATUS EST MANIBUS THOMÆ, &c.] Opera pretium est consulere Cassianum super ea re. Locum enim hunc tractat, ut probet divinitatem Christi, evertitque Nestorii sensum, & alia refert lectu digna, non tamen quæ spectent hunc sermonem, quippe quem non vidit, sed primum potius. Sic autem habet: Quid proclamavit? Dominus, inquit, mens, & Deus meus. Nunquid dixit hoc quod tu dicis? Homo, & non Deus; Christus, & non divinitas. Corpus vitæ sui Domini tetigit, & Deum esse respondit. Nunquid discretionem aliquam hominis & Dei intulit? Aut carnem illam de se, ut tu ais, id est, susceptricem deitatis imaginem nominavit? vel more impietatis suæ, cum quem contigit, non propter se, sed propter eum, quem in se receperat, venerandum esse memoravit? Sed subtilitatem hanc discretionis tuæ Apostolus Dei forte non norat?

HÆREDEM QUIDEM POSITIVUM, &c.] Inde patet, quo merito Elipandus dicitur ad

Nestorianismum declinasse: duos enim perinde ac Nestorius filios admisisse ex eo convincitur, quod vnum fateretur, qui naturalis; alterum, qui adoptivus: hoc enim est hæredem positivum fieri, quod adoptari. Ex eo, inquam, convincitur, siquidem heri non potest, ut in eandem personam vtraque simul ejusdem parentis filicitas conveniat.

Elipandi hactenus parca. etc.

IN PRINCIPIO, INQUIT, ERAT VERBUM, &c.] Ex hoc loco desumptum est, quod septimo loco refertur in concilio Ephesino, quodque nono apud Cyrillum, atque etiam in responsione ad objectionem Orientalium adversus tertium anathematismum. Eadem fere Nestorius habet in epistola secunda ad Cyrillum: Paulus cum divina Incarnationis memoriam faceret, incipiens subungere, qua sunt passionis prius posuit, CHRISTUS, commune, ut paulo ante dixi, nomen naturarum. Tunc decemem inseri sermonem, sive rationem virisque: etenim ait: Hoc sentiatur in vobis, quod & in CHRISTO JESU, qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo. Sed ne ad unumquodque loquar: Factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Quoniam igitur cooperat mortis facere mentionem, ut ne quis hinc Verbum Deum passibilem suspicaretur, posuit, CHRISTUS, tanquam passibilis & impassibilis essentia, in singularitate persona, significativum vocabulum, ut impassibilis & passibilis CHRISTUS sine periculo nominetur, impassibilis quidem deitate, passibilis vero natura corporea.

Illustrata excerpta Ephesina.

Nestor. in ep. 2. ad Cyrillum num. 6 & 7.

Philipp. 2. v. 3.

OPORTEBAT ENIM DEBITUM, &c.] Illustratus sancti Celestini locus. Hoc loco: quia opportunitas sermonis exposcit, tacere non possumus, quod stupemus. Legimus quom bene tenes originale peccatum, qualiter ipsam naturam asserit debitoricem, & eum debitum merito reddere, qui descendit de genere debitoris. Quid tecum faciunt, qui sunt hac negando damnati? Verum non obscure ostendimus in notis ad Nestorii sermones adversus Pelagianos, Nestorium de solo debito moriendi contracto per peccatum Adami locutum fuisse, saltem aperte; non item de morte animæ, quod tamen catholica fides postulat. Et vero inducitur natura humana orans apud Deum, petensque liberari per Christum a miseris ex Adamo contractis; nec tamen vilius alterius fit mentio, quam quæ ad mortem corporis pertinet. Atque hinc lucem accipit, quod diximus de concilio Constantinopoli coacto, ubi Manichææ confessionis damnati sunt, qui dicerent primum hominem animæ mortuum diaboli opera.

Illustratus sancti Celestini locus. Epistola ad Nestor. 11. p. 4. Eph. c. 11.

Num. 18.

INTERPELLAT NAMQUE A CHRISTO, &c.] Revocare non licet in dubium, quin hic locus sit excerptus a Cyrillo, relativusque numero vndecimo: nam & antecedentia & consequentia hinc excerpta constat, & vndecimo numero prælegitur: Et post plura in eodem libro. Mirum tamen utriusque loci tantam esse tum sententiam, tum versionis differentiam; sic enim se habet vndecimum Cyrilli excerptum: Nostra enim natura pro nobis interpellat in Christi usu, tanquam vestri constituta, inculpabilis originis sua defensionibus nitens, & quia illud peccatum quod prior figuratus est, totius generis exitus causa huic suscipiendi hominis; o homo, occasio fuit: ut per carnem destrueretur corruptio, qua per carnem contigerat. Hujus carnis est, non divinitatis dici terra sepultura. Hujus pedes detenti sunt clavis; hanc sanctus Spiritus in utero figuravit. De hac Dominus

Excerpt. 11. Cyrill.

Isaa. 2. v. 19.

Domini ad Judaeos. Solvite, dicebat, templum hoc, & in triduo suscitabo illud. Nunquid ego duplicem quemdam Christum solus appello, & non semetipsum, & templum solubile, & Deum se nuncupat suscitantem? Quod si Deus erat, qui solvebatur, o Ariane, quod sane in ejus caput blasphemiarum converteratur, oportuerat dicere: Solvite Deum istum, & in triduo suscitabitur. Si mortuus est Deus, si sepulture mandatus, est inane

Isaa. 8. v. 37.

illud in Evangelio dictum: Quid me queritis occidere hominem, qui verum locutus sum vobis? Nunc autem ait: Quid me queritis occidere hominem, cujus capiti spinea corona superposita est; hominem, qui dicit: Deus Deus meus. quare dereliquisti me? & qui triduanam sustinuit mortem. Adoro autem hunc cum deitate: tanquam divinae cooperarum auctoritatis.

Matth. 27. v. 47.

ECCĒ FILII DEI, &c.] Alludit ad extrema verba orationis panegyricae, quam Proclus ita finit: *ὁ θεὸς ἀποδείξας ἑαυτὸν ἡμῶν ὡς Θεοῦ Μαγίας.*

VENIT SECUNDUM FUTURUM, &c.] Perplexus locus, & nisi fallor, corruptus; emendari tamen vel sic potest: *Veni secundum Scripturam Christus in hominis forma omnipotens, ut experimento agnoscat ipse quoque diabolus, quia cum omnibus etiam ipse erat sub dominatione*

Dei. Quia vero homo ad imaginem & similitudinem factus est, & rex terre ac dominus constitutus, ab auctore merito ad eorum etiam regna est sublimatus.

DOMINICAE ITAQUE, &c.] Corruptus & iste locus. Restitui debet partim ex Cassiano, partim ex sermone primo, partim denique ex epistola Cyrilli ad suos Constantinopoli agentes. Dominica itaque humanitatis susceptionem colamus. Incarnationis sacramentum hymnis incessabilibus extollamus. Suscepcionem Dei formam una ac pari cum Deo Verbo ratione veneremus. Virginem Dei susceptricem cum Deo ad divina non elevemus, *ὁ ἄδελφός* dico, &c.

UT ITA DICAM, INCARNATIONEM, &c.] Duplex una in sententia vitium: nam tota expungenda est, cum nihil faciat ad sensum, imo non parum officiat. Quam belle enim omnia hac expuncta se habent: *Naturam, quae indumentum est Dei, cum eo qui ea vitur, honoremus, tanquam radium divinitatis, tanquam divini auctoritatis inseparabile simulacrum, &c. Quod si sententia retinetur, corrigi debet ex iis, quae dicta sunt in notis ad primum sermonem hunc in modum: Et ita dominicam Incarnationem formidemus. Facile enim fuit & in vi mutari, & dominicam in dicam converti.*

PRIMA

SANCTI CYRILLI EPISCOPI
AD NESTORIUM EPISTOLA

e Graeco sermone versa a Mario Mercatore.

Tres epistolas sanctus Cyrillus Nestorio dedit, quae quidem continent.



CYRILLUS tres omnino dedit ad Nestorium commonitorias epistolas, quarum una incipit: *Venerabiles viri*; altera: *Garrunt quidam*; postrema: *Cum salvator noster*. Omnes nunc eduntur interprete Mario Mercatore. Dixi porro tres commonitorias: scripsit enim, opinor, gratulatoriam, cum Nestorius ordinatus est, & paschalem suo tempore. Alterum non obscure significant literae Celestini ad ipsum Nestorium, imo & apologia Cyrilli ad Theodosium; alterum confutatio probat. Ista igitur commonitoriarum prima est, nam & ipsius mentio fit in secunda: *Commonitoria te etiam nunc*, &c. & utriusque in tertia: *Ecce te his scriptis jam tertio convenimus*, &c.

Num. 3.
Num. 2.

Singularum argumentum.

Prima querelas continet, & aliud fere nihil, praeter exhortationem ad poenitentiam; habet secunda praeterea explicationem fidei, prout ex symbolo Nicæno conficitur; tertia denuntiat pro auctoritate, quid faciendum sit, quaeque fides subscribenda, ad communionem Ecclesiae retinendam: mirum vero cur secunda, licet tertia concedat plerimum, & utraque in concilio Ephesino lecta sit, sola tamen fuerit sententia Patrum approbata; sola etiam lecta in concilio Constantinopolitano sub Flaviano, & in Chalcedonenſi relecta.

Vide dissert. de concilio hac in causa habita.

Datum oportet ann. 429. circa Augustum: nam

ad hanc breviter respondit Nestorius per Lamponem presbyterum; & post responſionem acceptam, Cyrillus secundam epistolam scripsit, quae in quintasynodo reperitur consignata mense Mechir, Indictione XIII. id est, mense Januario sub finem, ann. 430. non potuit vero sine idoneo temporis intervallo, Alexandria Constantinopolim epistola Cyrilli, & vicissim Constantinopoli Alexandriam responſio Nestorii transmitti.

Ex ea vero tria discimus historiae veritatis. 1. Scriptam esse a Cyrillo epistolam ad monachos, circa æstivum aut etiam vernum tempus ann. 429. nam oportuit eam, ut moveret stomachum Nestorio, ex Ægypto deferri Constantinopolim, ibique a nonnullis Alexandrinis circumferri; oportuit item Constantinopoli Alexandriam referri nuntium de commoto Nestorii animo, quae hujusce epistolae occasio: ea vero fieri non possunt sine aliquo temporis spatio, eoque non brevi. Ergo cum epistola hæc Cyrilli prima ad Nestorium data fuerit circa mensem Augusti, necesse est fateri, epistolam ad monachos scriptam esse, vel æstivo tempore, vel etiam verno. Neque vero potuit prius, cum non aliunde occasio scribendae nata sit, quam ex Nestorii tractatibus, & sermone praesertim de partu virgineo ad monachos delato; nec sermo ille sit habitus Constantinopoli ante nativitatem Christi; vel etiam Alexandriam missus, si